

PROSPERI  
FAGNANI  
JUS CANONICUM,  
*SIVE*  
COMMENTARIA  
IN SECUNDUM LIBRUM  
DECRETALIUM.  
*CUM DISCEPTATIONE DE GRANGIIS.*



COLONIÆ ALLOBROGUM,  
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

---

M. DCC. LIX.

4 me esse possessorem, hinc enim paratur magnum commo- dum iudicio proprietatis, ut in h. Commodum. Insuper de in- terdicti. & l. Sicut, §. Sed si queratur, ff. Si servitus vendicet. & in his casibus cognitio pertinet ad Dominum, quia negari non potest, quin illa quæstio sit de pertinentibus ad causam proprietatis, Bald. in h. Inter Pares, num. 2. de leg. Corrad. in usus feudor. quem sequitur, & pluribus confirmat Aretin. hic num. 23. versj. Baldus autem dicens hanc esse veritatem.

Paris. de Put. in tract. de reintegrat. frud. c. 198. n. 4. & 8. Auter. in tract. de potestate iudic. iur. super. person. Ec- clesiast. reg. 2. n. 2.

Declarat sextò, eandem regulam ut respectu Clericorum 29 habeat locum si causa feudalis sit merè civilis; focus verò si contra Clericum vassallum agatur ad amissionem feudi criminaliter, vel civiliter propter crimen, quia tunc non potest de hoc cognoscere Dominus feudi, sed remittenda est cog- nitio ad Prelatum, ipsius Clerici, et si feudum sit paternum. Ita Innocent. in cap. Veram num. 2. ad fin. versj. Licet dixe- rimus, infra de foro compet. & ratio est secundum eum num. 3. quia de crimine Clericorum nec directè, nec incidenter potest laicus cognoscere nec de legitimitate, argum. cap. Ex transmissa, eodem tit. & est simile in cap. Tuam, infra de Ordin. cognit. cap. Lator, qui filii sint legit. cap. Postulasti de foro compet. & cum Innocent concordant in d. cap. Verum, Hostiens. num. 2. in fin. versj. Licet autem, Joan. Andr. num. 4. Bellam. num. 7. in §. quæst. Butr. num. 11. col. 4. post medium, versj. Si autem causa est criminalis, Imola num. 6. Abb. n. 17. versj. Et procedant hæc, Alex. de Nevo num. 15 & 16. & reliqui omnes, Marian. Socin. in cap. Ex trans- missa num. 32. versj. Hæc tamen conclusio, de foro compet.

Declarat ultimò, positam regulam dummodo vassallus coram Domino feudi possit iustitiam consequi, alias enim Ordinarium rei erit adendum, ut hic patet in versj. Quamvis parati fuerint; & notat gloss. in princ. Abb. Aretin. & se- quaces, in Summ. text. & idem Abb. n. 12. Quamobrem si Dominus malitiosè differat procedere, tunc coram Ordina- rio agatur, Innoc. hic in fin. nam ut inquit Bald. n. 2. iurisdic- tionem à se excutit, qui eam denegat exhibere. Et idem est si Dominus feudi sit negligens, quia Ecclesia iusti- tiam facit, cap. Ex transmissa, cap. Licet, & cap. Ex- more infra de foro compet. Host. hic. num. 11. Bald. d. num. 2. versj. Concedo, quòd propter negligentiam redit iurisdic- tio ad Ordinarium, Imola num. 4. & Abb. dicit. num. 12.

# DE JUDICIIS.

Celestius III.

## CAPUT X.

Cum non ab homine: & infra. A nobis fuit ex parte tua quæsitum, utrum liceat regi vel alicui seculari personæ iudicare Clericos cuiuscumque ordinis, sive in furto, sive in homicidio vel perjurio, seu quibuscumque fuerint criminibus depre- hensi. Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si Clericus in quocumque ordine constitutus, in furto, vel homicidio, vel perjurio, seu alio crimine fuerit depre- hensus legitime atque convictus, ab Ecclesiastico iudice deponendus est. Qui, si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde contumacia crescente anathematis mucrone feriri; postmodum verò si in profundum malorum veniens, contemplerit, cum Ecclesia non habeat ultra quid faciat, ne possit esse ultra per- ditio plurimorum, per sæcularem comprimendus est potestatem; ita quod ei depu- tetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur.

## SUMMARIUM.

- 1 Clericus depositus incorrigibilis per curiam sæcularem compromittitur, & n. 35. & 29.
- 2 Ecclesia optat hominis salutem, & non interitum; Ideò gradatim emendando procedit, & non fulminat degra- dando.
- 3 Rex est secularis persona.
- 4 Responso debet congruere interrogationi, & n. 29.
- 5 Alternativa quando ponitur inter genus, & speciem stat restrictivè, & exponitur pro id est.
- 6 Quando statuit plura circa idem factum, ponitur pro con- junctæ.
- 7 Laici quantacumque, & qualicumque fulgeant dignitate, non licet clericis iudicare.
- 8 Dignitas nulla seculari Sacerdotio adæquatur.
- 9 Rex non ungitur chrismate in capite, sed oleo delinitur in brachio, seu humero, vel in armo.
- 10 Episcopus chrismate consecratur in capite.
- 11 Clerici etiam prima Votum non possunt à seculari potes- tate iudicari.
- 12 Familia Episcopi gaudet privilegio fori.
- 13 Clericus etiam minorum Ordinum ratione delicti est depo- nendus.
- 14 Clericus pro furto, homicidio, vel perjurio depoi- neri potest.
- 15 Depositus etiam pro crimine irregularitatis inducitur non perdit ipso iure privilegium fori.
- 16 Degradatus actualiter est ipso facto nudatus omni privile- gio Ecclesiastico, nec requiritur actualis traditio curiæ seculari, & n. 90. & 91.
- 17 Irregularis ex homicidio non est depositus ipso iure, sed deponendus.
- 18 Deprehensus in flagranti crimine non potest statim condem- nari, nisi etiam sit convictus, vel confessus.
- 19 Si tamen factum sit notorium, statim condemnari potest.
- 20 Clericus in crimine deprehensus non potest capi à curiâ seculari, nisi auctoritate Prelatorum.
- 21 Excommunicatio, & anathema an, & in quo differant, & n. 13.
- 22 Excommunicationis verba major excommunicatio intel- ligitur.
- 23 Deposito includit in se suspensionem.
- 24 Anathematis solemnitas quæ sit?

Clericus

- 25 Clericus depositus, & incorrigibilis, an statim efficiatur de foro seculari ante actualem degradationem, & tradi- tionem, & n. 100. segg.
- Et quid si notoriè constet de incorrigibilitate, & n. 27.
- 26 Clericus etiam non depositus, qui tertio monitus ingerit se enormitibus, perdit ipso iure privilegium Cleri- cale.
- 28 Incorrigibilis an sit Clericus, cognosci debet per Iudicem Ecclesiasticum.
- 29 Clericus depositus, & incorrigibilis ita deum comprimendus est per curiam sæcularem, si Ecclesia de facto non habeat ultra quod faciat, & n. 97.
- Et qui dicitur incorrigibilis, ibid. & n. 33. & 34. & 96.
- 30 Pœna Canonica quæ sint.
- 31 Exilii pœna est canonica.
- 32 Brachii secularis auxilium Ecclesia potest implorare, & iudex laicus illud præstare tenetur.
- 34 Clericus incorrigibilis, an tradit possit curiæ seculari, qui gradus sit servandus, quando pœna incipit à cri- mine.
- 35 Et quid si pœna incipit à contumacia.
- 36 Clericus an pro crimine atrocissimo, vel pro pluribus cri- minibus deponitio digni statim sit degradandus, & tradendus curiæ seculari, licet non sit incorrigibilis, & n. 100. segg. usque in fin.
- 37 Referuntur Auctores, & fundamenta opinionis affirmativa, & n. 38. & segg. usque ad n. 65.
- Item Auctores, & fundamenta opinionis negativæ à n. 65. usque ad num. 104.
- Item Auctores hoc relinquunt arbitrio Iudicis, numer. 104.
- Et consulto Romano Pontifici, num. 105.
- 38 Intellectus cap. 1. de homicidio, & n. 100. segg. usque ad num. 47.
- 39 Moriatur verbum in dubio intelligitur de morte naturali, & non de civili.
- 40 Lex, vel Canon habens plures intellectus allegari non potest ad decisionem causarum.
- 41 Homicida proditorius non gaudet immunitate Eccle- siastica.
- 42 Deposito habetur instar mortis.
- 43 Moriatur verbum ad Ecclesiam relatum non intelligitur de morte corporali, sed de spiritali.
- 44 Mors duplex.
- 45 Gladius spiritalis Ecclesiæ non est ad mortem, sed ad me- dicinam.
- 46 Ecclesia tradendo Clericum iudici seculari, debet effi- caciter intercedere, ut citra mortem sententia mode- retur.
- 47 Intellectus cap. Novimus de verb. significat.
- 48 Degradatio Clerici, & traditio curiæ seculari fit pro quolibet flagitio damabili, & damoso, & n. 100. segg.
- Declaratur, num. 50.
- 49 Aliud dictio est repetitiva similium, & n. 100. segg.
- 50 Delicti ubi frequentiam severius aliquid statuitur.
- 51 Lex pœnalis, & exorbitans non extenditur ex identitate, vel majoritate rationis, & n. 81. & 82.
- 52 Lex tribuens potestatem laico super iuribus, & personis Ecclesiasticis, etiam ex majoritate rationis non extendit- ur, & n. 82.
- 53 Flagitia quædam sunt, quæ potius per iudices sæculares, quam per Ecclesiasticos vindicantur.
- 54 Degradationis pœna, & traditio curiæ seculari secun- dum Canones succedit in omnibus delictis, pro quibus secundum leges imponitur pœna mortis naturalis. Contrarium, num. 62.

Cum non ab homine. Clericus depositus incorrigibilis per curiam sæcularem compromittitur. Hoc dicit Abb. An- tiq. Joan. Andr. Bald. Bellam. Butr. Cardin. Anchar. Imol. & Joan. de Anan. sed communis hæc summatio non placet Abbati Siculo, quia videtur contra text. unde ipse summat sic: Clericus depositus incorrigibilis excommunicandus est, & successivè anathematizandus, & si sic non resipuerit, per iudicem sæcularem comprimendus est. Hoc dicit: & con- cordat Barbat. Felin. Aretin. & Hippol. Riminald. Sed dici potest Joan. Andr. & sequaces habuisse bonum intellectum; cum enim dixerunt incorrigibile esse comprimendum per curiam sæcularem, intellexerunt de incorrigibili secundum gradus hic præscriptos, & sic non statim post deponitionem, sed post excommunicationem, & anathema, ut fustus pate- dit infra in alt. notab. Itaque Ecclesia optat hominis salutem, & non interitum; & ideo gradatim emendando procedit, & non fulminat degradando; & hoc secundum Bald. intendit in Decretalib. Communis divilio ibi, Consultationi. Fagnan. in II. Lib. Decretal.

- 57 Pœna debent commensurari delictis.
- 58 Et arguatur ex delictis iteratione.
- 59 Iteratio peccati transit in consuetudinem peccandi.
- 60 Carceris perpetui pœna proportionatur pœna mortis natu- ralis.
- 61 Pœna minor est statim mori, quam diu affligi, & salu- tem non sperare.
- 62 Adulterii pœna secundum leges in laico est mors natura- lis, secundum canones in Clerico est depositio, & de- structio in Monasterium.
- 64 Raptus pœna quæ sit secundum Leges, & Canones.
- 66 Clericorum exemptio à seculari potestate non tantum Ca- nonicis sanctionibus, sed etiam divina ordinatione facta constituta, & n. 79.
- 67 Et Papa solus potest huiusmodi exemptionem limitare, seu declarare.
- 68 Degradationis pœna imponitur tamen in casibus in iure expressis, num. 79. id est.
- 69 Hæresis.
- 70 Falsificationis litterarum Apostolicarum.
- 71 Conspirationis in proprium Episcopum.
- Incorrigibilitatis, num. 75.
- Viti nefandi, num. 76.
- Missarum celebrationis, & auditionis Confessionis à non ordinato in Presbyterum, num. 77.
- Falsificationis monete, num. 78.
- 72 Assensum absque ulla deponitione, vel sententia statim re- linquitur curiæ seculari.
- 73 Nec requiritur solemnitas degradatio.
- 74 Requiritur tamen declaratio iudicis Ecclesiastici.
- 75 Exceptio non excludit casus similes.
- 81 Ratio ubi est eadem, non dicitur extensiva, sed compr- henso.
- 82 Fallit.
- 83 Degradatio non fit extra casus in iure expressis, etiam ex identitate, vel majoritate rationis, etiam ubi lex civilis imponit aliquam pœnam ex severissimis, & n. 90.
- 84 Monetas Principes falsantes de iure civili igne combu- rantur.
- 85 In Gallia in aqua fervente suffocantur.
- 86 Assassines, & foreligi de iure Canonico deponuntur, & deponuntur in Monasterium.
- 87 Et quid in laico de iure civili.
- 88 Rebelleres Sedi Apostolicæ non traduntur curiæ seculari, nisi secuta incorrigibilitas.
- 89 Nefandi criminis rei secundum Canones deponuntur, & in Monasterium deponuntur.
- 90 Degradandus non exiit privilegio fori antequam ab Episcopo fuerit actualiter degradatus, & traditus curiæ seculari, & n. 102.
- 91 Traditio curiæ seculari quomodo fieri intelligatur.
- 92 Quæcumque, dictio facit venire maiora expressis non ob- stante verbo, alia.
- 94 Factum cum sacrilegio non punitur pœna degradationis.
- 95 Homicidia, vel furta iterata non sufficiunt ad tradendum Clericum curiæ seculari non data incorrigibilitate, & n. 100. segg.
- 96 Incorrigibilis quis dicitur.
- 98 Clericus incorrigibilis non est tradendus curiæ seculari, nisi prius Ecclesia sit experta omnes modos correctio- nis.
- 99 Duo ubi copulativè requiruntur, non sufficit alterum adimpleri.
- 100 Intellectus cap. Tu de pœnis.
- 101 Latrocinium est delictum gravius, quam factum.
- 103 Intellectus cap. Ut fame de sentent. excommunicat.
- 106 Sacerdos Regularis apostata, qui decem furta qualificata commisit, ex voto Congregationis à Sanctissimo deputatus ad triremes in perpetuum transmissus fuit.

Nota primò ibi, Regi, vel alicui seculari personæ, ar- gumentum quod Rex non dicitur secularis persona, ut vide- tur innuere particula disjunctiva, vel, ad text. in cap. In- ter ceteras supra de rescript. in l. Periculi, §. Argentio, ff. de aur. & arg. legat. & in l. cum quidam, in princ. C. de verbor. significat. & pro hoc facit, quia rex inungitur, cap. Unico, §. Undè in veteri supra de Sacram. Unct. Oppo- situm tamen firmant hic. Dec. n. 1. & 2. & Hippol. Riminald. n. 3. in 3. vol. repet. fol. 88. verè enim Reges sunt laici, ut probat text. in dict. §. Undè in veteri, & ibi notat Abb. & satis probatur hic in illis verbis, Per sæcularem comprimendus est potestatem; Cum enim quæstio proponatur de Rege, & seculari personæ, ut responsum quæstioni conveniat, arg. §. Præterea in iustit. de inutil. stipul. dicendum est prædicta verba in decisione posita Regem quoque comprehendere, & ita ipsum veluti sæcularem personam censeri. Et ad obiectum respondet Dec. alternativam hic poni inter genus, & spe- ciem: & malè secundum Hippol. Riminald. ubi supra, quia

SUMMARIUM.

- 1 **V**assalus paratur coram Domino respondere, coram alio super feudo conveniri non debet.
- 2 **F**eudi causam inter Vassallos cognoscit solus Dominus quamdiu potest, vel non negligit exhibere iustitiam, & num. 34.
- 3 **V**assalus coram Domino feudi conveniendus est. Declaratur primo, si feudum proveniat ab Ecclesia, seu a laico num. 5.
- 4 **D**eclaratur secundo, si questio feudalis sit inter duos vassallos contentes rem esse feudalem num. 11.
- 5 **S**ecus si questio sit super Domino directo inter dominum, & vassallum negantem feudum, num. 13.
- 6 **E**t quid si questio sit super dominio utili, vel alio jure ad vassallum pertinente num. 18.
- 7 **D**eclaratur tertio, nisi inter Dominum & vassallum, vel inter vassallos agatur personali actione, quae non sit de jure feudali num. 24.
- 8 **D**eclaratur quarto, nisi questio sit inter vassallum, & alium non vassallum actorem num. 25.
- 9 **D**eclaratur quinto, ut habeat locum in iudicio petitorio, non autem possessorio num. 26.
- 10 **N**isi victoria possessorii adminiculetur proprietati numer. 28.
- 11 **D**eclaratur sexto, nisi contra Clericum vassallum agatur criminaliter num. 29.
- 12 **D**eclaratur septimo, nisi Clericus vassallus fuerit spoliatus, num. 31.
- 13 **D**eclaratur octavo, dummodo vassallus coram Domino feudi possit iustitiam consequi, & alius fecit, num. 34.
- 14 **F**eudi Dominus habet jurisdictionem ordinariam in vassallum respectu causa concernentis feudum & num. 6.
- 15 **C**lericus habens feudum a Principe laico in quaestione feudali, coram eo conveniendus est.
- 16 **I**dem in Ecclesia num. 8.
- 17 **F**eudi Dominus etiam laicus in causa feudali est iudex ordinarius Clerici.
- 18 **F**eudales iudices sunt Dominus feudi, Pares Curiae, & Arbitri, quilibet tamen in suo casu: & in causa appellationis jurisdictionis non revertitur ad istos, sed appellatur ad quem appellaretur a sententia Ordinarii.
- 19 **F**eudi controversia si sit inter duos vassallos, cognitio spectat ad Dominum.

- 20 **L**icet Dominus alius jurisdictionem non habeat.
- 21 **F**eudalis questio coram Ordinario rei tractanda est, si Dominus dicat rem esse feudalem & reus neget, & n. 25.
- 22 **E**t ubi consistit rem esse feudalem, causa rei remittitur ad Dominum.
- 23 **F**eudi Reguli questio inter Regem & Episcopum coram Metropolitanano tractari debet, si Rex actor pretereat rem esse feudalem, & Episcopus neget.
- 24 **V**assallus negans feudum si convincatur, eo ipso cadit à jure feudi.
- 25 **N**isi negaverit per ignorantiam, vel errorem juris vel facti.
- 26 **F**eudi controversia inter Dominum & Vassallum super Domino utili vel alio jure ad vassallum spectante coram Pares Curiae terminari debet & num. 20.
- 27 **E**t quid si Dominus Pares Curiae non habeat, num. 22.
- 28 **P**ares Curiae qui sint, & unde dicantur.
- 29 **E**t à quo eligendi.
- 30 **J**urisdictionis feudalis tanquam superinducta, & praedicti jurisdictionis ordinariae est restringenda.
- 31 **F**eudalis causa tractari debet coram Ordinario rei, si inter Dominum & vassallum, vel inter duos vassallos agatur personali actione, quae non sit de jure feudali.
- 32 **F**eudalis questio in possessorio siue inter Dominum & vassallum, siue inter duos vassallos, siue sit inter vassallum & non vassallum tractari debet coram Ordinario non autem coram Domino feudi.
- 33 **E**t quid si victoria possessorii adminiculetur proprietati, n. 28.
- 34 **V**assallus questio est facti, non juris, nec tangit substantiam feudi.
- 35 **V**assalli Clerici causa criminalis vel civilis criminaliter inventata non cognoscitur per Dominum feudi, sed per Ordinarium ipsius Clerici.
- 36 **L**aicus nec directè nec indirectè potest de crimine Clericorum cognoscere.
- 37 **V**assallus Clericus si fuerit spoliatus, non cognoscit Dominus feudi, sed Ordinarius.
- 38 **E**tiam si dubium sit de spoliatione, num. 33.
- 39 **S**poliator violentus Clerici est sacrilegus. Sacriligii crimen est Ecclesiasticum, ibid.
- 40 **J**urisdictionem à se executi, qui eam denegat exhibere.

Domino feudi: & ita hic format casum Bald. n. 1. vers. Casus, & e converso si Clericus habeat feudum à Principe seculari, licet in alio casu conveniri non possit nisi coram Ordinario Ecclesiastico, ut cap. Si quis cum Clerico, 1. quæst. 1. & cap. Cùm sit generale, infra de foro compet. 2. in men in questione feudali tenebitur respondere coram Domino feudi, ut sunt jura clara in cap. Et verum & in cap. transmissa eodem tit. & utrobique tradunt unanimiter Doctores, & Innoc. cap. 7. Ex parte B. num. 3. eodem tit. nam hoc casu Dominus feudi etiam laicus dicitur iudex ordinarius Clerici. Mar. Socin. in dict. cap. Ex transmissa, in §. i. in fin. Felin. in dict. cap. Utrum, num. 3. vers. Et tenet modernus. Curtius junior. in tract. de feudi in 7. part. reg. 2. in quæst. Jacobin. eodem tract. in vers. Et dicit vassalli, num. 3. ex commun. Clar. §. Feudum, quæst. 90. num. 8. & idem juris est, si Ecclesia sit feudataria: nam & ipsa erit. convenienda coram iudice laico Domino feudi, Baldus in l. Sed si hæc, §. Si libertas in fin. ff. de in jus vocan. Paris. de Put. in tractatu de reintegr. feud. cap. 198. num. 3. Felin. in cap. Ecclesia S. Marie, num. 6. circa medium de Constitut. Afflic. super constitutionem. Si quis Clericus num. 5. Rubr. 66. de Cleric. conveniunt. lib. 1. Curtius jun. tract. de feud. part. 1. in 2. quæst. princ. num. 5. & alii apud Carol. de Grass. dict. eff. 1. num. 719. & quod dixi coram Domino feudi, intellige, vel coram ipsomet Domino in capite, vel coram Pares Curiae, vel coram Arbitris: nam hi tres sunt iudices feudales in causa principali, quilibet tamen in suo casu, ut hic per Baldum num. 1. & poterit in sequenti declaratione, sed in causa appellationis non revertitur jurisdictione ad istos, sed appellatur ad eum, ad quem appellaretur a sententia iudicis ordinarii secundum Baldum hic dict. num. 1. post Innoc. eodem num. vers. Hoc salvo, ubi quod si Pares Curiae Ecclesiam gravarent, postest Ecclesia appellare ad proximum superiorem, vel ad Papam, ut cap. Si quis nostram 2. quæst. 6. & c. Romana, §. Debet, de appellat. lib. 6.

Declaratur secundo, propositam regulam dummodo questio feudalis sit inter duos vassallos, quia scilicet uterque se alleget vassallum, nec revocatur in dubium quominus res sit feudalis, sed solum controversia quis eorum sit potior in feudo; tunc enim questio agitari, & terminari debet coram Domino feudi, ut c. Imperialem, §. Præterea si inter duos, de prohib. feud. alienat. per Frider. ubi ad litteram dicitur:

**C**eterum. Vassallus paratur coram Domino respondere, coram alio super feudo conveniri non debet. Hoc dicit Joan. Andr. Bald. Bellam. Ancharan. Imol. & Joan. de Anan. vel hic, cognitio feudi inter vassallos principaliter spectat ad Dominum feudi. Anton. de Butr. vel secundum Aretin. De causa feudi inter vassallos cognoscit solus Dominus, quamdiu potest, vel non negligit exhibere iustitiam: vel aliter, & plenius. Vassallus coram Domino feudi conveniendus est, etiam si dominus feudi sit Ecclesiastica persona, dummodo ibi actor possit suam iustitiam consequi, alias loci Ordinarius possit adiri: & secundum hoc est casus notabilis Abb. Sicul. Felin. Dec. & Alexander. de Nævo: & tria facit, narrat, prohibet, & moderatur, ut hic per Joan. Andr.

Ex textu, & ex glossa, & ex dictis Innocentii nota regulam cum quibusdam declarationibus, ex quibus habebis intellectum Decretalis, & explicationem materiz.

Regula est, vassallus coram Domino feudi conveniendus est. Ab Antiqu. Cardin. Abb. Sicul. & sequaces in sum. text. nam est regulariter Ordinarius sit iudex, l. Nemo, C. de iurisd. omni. iudic. tamen fallit in feudis propter ipsius rei feudalis naturam, id est privilegium, Bald. hic. num. 1. quia Dominus habet jurisdictionem ordinariam in vassallos respectu causae concernentis feudum, cum ei tributur à lege, ut cap. Imperialem, §. Præterea si inter duos, de prohib. feud. alienat. per Frider. in assibus feudorum, & hic, & in cap. Verum, ubi Abb. num. 5. infra de for. compet. Lex autem conferit jurisdictionem ordinariam, ut notat Innoc. in cap. Cùm ab Ecclesiasticum, num. 3. vers. Et quia lex, supra de offic. Ord. secundum Abb. hic. 1. notat. Felin. & Aretin. in princ. inferentes ex hoc prorogationem jurisdictionis feudalis de persona ad personam.

Declaratur primo hanc regulam, ut locum habeat, siue feudum proveniat ab Ecclesia, siue à laico, ut hic per Hostiens. num. 10. circa finem in vers. Prohibemus. Joan. Andr. num. 2. in vers. Ecclesia sua, Bald. eodem num. Abb. Pelinus, & Alexander. de Nævo in sumario text. & per eundem Abbatem in dicto cap. Verum num. 12. Unde si duo vassalli Archiepiscopi Bononiensis litigarent rerum exitentium tam Mutinensium, & unus eorum alterum impetret coram Mutinensi Episcopo, licet alius forus ipsius Episcopi esset competens ratione rei litæ, tamen in causa feudali reus non cogetur respondere, nisi coram Archiepiscopo Bononiensi.

Si inter duos vassallos de feudo sit controversia, Domini sit cognitio, & per eum controversia terminetur, & hic notat gloss. post medium vers. Si vero inter duos vassallos, Innocent. num. 2. vers. Si vero inter duos vassallos, Host. num. 6. vers. Si ergo inter duos vassallos, Bald. n. 14. Etiam si Dominus sit talis, ut alius jurisdictionem non habeat, ut notat Vincencius in cap. Novit, infra eodem, Jo. Andr. hic num. 3. vers. Etiam si alius, Bald. num. 2. vers. Secundo oppono, & Bellam. num. 4. col. 2. ad finem, vers. in quarta casu. Et ita intelligit hoc cap. secundum Bernardum, Bald. & Abb. in figuracione casus, Butr. & Aretin. in Summario textus, & nullus discrepat. Verum si questio feudalis sit inter Dominum, & vassallum, tunc distinguitur secundum Bellam, hic num. 4. col. 3. ad fin. vers. Circa quintum casum: Nam aut est dubium, seu questio de jure, seu dominio directo ad Dominum spectante, ut quia Actor asserit se Dominum feudi, & reus negat dicens rem esse alioqualem; & tunc coram loci Ordinario est agendum: non autem coram illo, qui dicit se Dominum, quia alius esset iudex in causa propria quod esse non debet, ut l. Unica, C. Ne quis in sua causa: nec questio agitari debet hoc casu coram Pares Curiae, quia qui negat Dominum, negat & Pares. Facit textus in l. Qui jurisdictionem, ff. de jurisdictione omni. iudic. & quia negato dominio, causa definit esse feudalis, nec debet esse in potestate Domini alterius subditum suæ jurisdictioni feudali, hac questio tanquam prejudicialis prius terminanda est coram loci Ordinario, argum. cap. Tuam, infra de Ord. cognit. & §. Prajudicialis, Instruct. de actio. qui si cognoverit rem esse feudalem, causam remittit ad Dominum feudi. Et ita in hoc primo membro determinat Innoc. hic n. 2. circa finem, vers. Et eodem modo, Hostiens. in princ. n. 6. vers. Alii tamen dicunt, Joan. Andr. n. 2. & 4. vers. Nam si reus, Bellam. num. 4. col. 4. post 2. medium, vers. in secundo casu, & paulo supra, ubi ait certum esse, quod si de feudo regali esset questio cum Episcopo, & tertio, Rex esset iudex competens: Sed si esset quæstio inter Regem, & Episcopum, & Episcopus negaret rem esse feudalem, Rex actor conveniret Episcopum coram Metropolitanano, Butr. n. 9. col. 3. in fin. vers. Potest secundum esse dubium, Abb. num. 20. circa fin. vers. Aut negatur, & alii communiter, Goffredus in Summa tit. de foro compet. vers. Et nota, Host. in Summa tit. de feud. §. fin. vers. Et tamen Goffredus, Angel. in l. 1. in fin. C. Si à non compet. Iudic. Bero. cons. 82. num. 1. & 2. lib. 1.

Adverte tamen, quia negans feudum, si convincatur, eo ipso cadit à jure feudi, arg. cap. Quo jure, 8. distin. l. si hoc ff. de rei vendit. secundum Innoc. hic in fin. vers. Et hoc ff. & est expressum in cap. Si vassallus feudum, in tit. Si feudum controversiam fuerit, & in cap. Si fuerit in tit. Si legit. Conrad. in assibus feud. secundum Host. hic num. 1. Joan. Andr. num. 2. Abb. num. 21. & Bald. num. 6. qui hinc, nisi negaverit per ignorantiam, vel per errorem iurisdictionis vel facti, quia tunc ei pariter. Et ita debet intelligi, quod foemitter notatur in Authen. de tuer. & semisse, §. penult. in l. fin. ff. de rei vendit. & in §. Item mixta off. actio contra eum. Instruct. de actio. & hoc egregie dicit text. in cap. Vassallus feudum, & de feud. fuerit controversia, Ubicumque enim in feudis sit mentio de amissione feudi, Ubicumque culpa, & convictio iudicariario ordine, ut in cap. Quicumque advocatur, de pace tenend. & cum hac limitatione concordat Abb. dict. num. 21. Aut inter Dominum, & vassallum non est questio super jure, seu dominio directo feudi spectante ad Dominum, quia vassallus non negat rem esse feudalem, sed solum est questio super dominio utili, vel alio jure spectante ad vassallum, ut quia inter Dominum, & vassallum controversia, urrum feudum sit devotum, & vassallus debeat illud petere, vel retinere, seu habere; vel utrum debeat tributum, vel aliud simile. Et tunc si Dominus habeat Pares Curiae, huiusmodi questio coram illis agi, ac terminari debet, ut dict. cap. Imperialem, §. Præterea si inter duos, in secundo responso, de prohib. feud. alienat. & de investitura apud Pares Curiae terminanda. Et de iure vassallo, qui contumax est cap. 1. Et ita intelligit gloss. hic vers. Et nota super hoc, dom dicit in hoc casu, in quo venit in dubium, an vassallus debeat feudum habere, vel non, causam esse terminandam per alios vassallos, scilicet per Pares Curiae: Hoc salvo, & dicitur Pares à paritate feudorum, quia debent habere confamilia feuda, secundum Innoc. hic num. 3. in fin. Host. num. 10. & Abb. num. 14. vers. Qui autem dicantur. Pares. Et ita hic firmat Innoc. num. 1. dicens: Si questio feudi inter Dominum vertitur, & vassallum contentem rem, ad quam agitur, esse feudalem scilicet ut de ea reddat tributum, vel aliud simile, coram Pares Curiae agitur. Et cum eo concordant Host. num. 3. vers. Sed & Dominus iustitiam sit hic, Jo. Andr. num. 3. vers. Scilicet autem, Bellam.

num. 4. col. 3. ad fin. vers. Circa quintum, ubi etiam notatur sequitur quomodo Pares Curiae sint eligendi, post Host. num. 9. vers. Sed quod intelligimus Pares, & in Summa tit. de feud. §. finali, vers. Pares, de quo etiam gloss. 18. dist. l. Imperialem, §. Præterea si inter duos, in vers. Per Pares Curiae, & Abb. hic num. 14. Si vero Dominus feudi Pares Curiae non habeat, eliguntur Arbitri ad similitudinem iudicis suspecti, cap. Cum specialis, de appellat. cap. Si Clericus aduersus, 11. quæst. 1. secundum Innoc. hic num. 3. vers. Dominus autem, & vassallus, quod verum putant Host. num. 9. & Joan. Andr. num. 13. quando Dominus est actor, secus si vassallus, quia tunc agit coram Ordinario Domini, arg. d. c. Si Clericus, 11. q. 1. Sed gloss. præalleg. & Jacob. de Belvis. in d. §. Præterea inter duos, dicunt agendum coram Ordinario rei indistincte. Et hanc opinionem dicit esse veriozem Abb. hic num. 14. vers. Quid autem si non sunt Pares Curiae: quia ex quo modus à lege indistinctus servari non potest, debet res, & jurisdictione realie ad naturam suam; Et quia hæc jurisdictione tanquam super iudicet, & præjudicans jurisdictioni ordinariæ videtur esse restringenda, ut in Clem. fin. de offic. ordinari. in gloss. penult. Idem firmat Aretin. hic num. 28. dicens ita tenere communiter Doctores, & hanc questionem determinari per textum quem ipse solus ponderat in cap. 1. circa medium. Si de investit. fuer. contr. inter Dom. & Vassall. Facit text. in cap. 1. circa med. de controvers. feud. apud Pares terminat. ubi textus dicit, quod inter Dominum, & vassallum cognoscunt Pares, si Pares habeat. Ergo si Pares non habeat, questio remittitur ad dispositionem juris communis, ut per eum.

Declaratur tertio supradictam regulam nisi inter Dominum & vassallum, vel inter vassallos agatur personali actione, quia non sit de jure feudali, licet contra rem feudalem agatur, puta pignoratitia, vel depositi, vel alia confamilia, quia tunc non coram Domino feudi, sed coram Ordinario rei semper est agendum; secundum Innoc. num. 2. vers. Et idem dico, & n. 4. Host. num. 10. vers. Quid si ante Dominum, & vassallum.

Declaratur quarto, nisi questio sit inter vassallum, & alium non vassallum actorem, quia tunc Dominus non cognoscit, ne sit iudex in sua causa, sed Ordinarius vassalli, ut hic, & in d. cap. Imperialem, §. penult. de prohib. feud. alienat. cap. Ex transmissa, & cap. Verum, infra de foro compet. gloss. hic in fin. vers. Si vero inter vassallos, Innoc. num. 2. circa medium, vers. Alii tamen dicunt, Host. n. 3. vers. Et idem est si non vassallus à vassallo, & num. 6. vers. Alii tamen dicunt, Joan. Andr. num. 3. col. 2. in fin. vers. Alii dicunt, Bellam. num. 17. vers. Circa septimum, in secundo membro, ibi, Aut alter eorum negat: & probatur in cap. Unio, in tit. de controvers. inter vassall. & alium col. 10. in assibus feudor.

Declaratur quinto, ut locum habeat si agatur iudicio petitorio, secus si possessorio; quia tunc siue sit questio inter Dominum, & vassallum, siue inter duos vassallos, siue inter vassallum, & non vassallum indistincte cognoscit Ordinarius rei, non autem Dominus feudi, in c. Ex parte, B. infra de foro compet. nam exceptio illa, quod Regia esset feudataria, & ideò agendum esset coram Domino feudi, locum habet in petitorio tantum, ut ibi dicitur circa finem in vers. Non obstantibus exceptionibus aliis; quæ in petitorio potius, quam in possessorio, &c. & ibi notat gloss. ult. sed si agatur iudicio possessorio, tunc cognitio non spectat ad Dominum feudi, sed ad Ordinarium, gloss. hic ante medium, vers. Sed in iudicio possessorio, Host. in fin. Bald. ante num. 1. vers. Et quia causa feuda, & num. 2. vers. Tertio oppono, ratio est, quia questio possessoria non est feudalis. Facit ad hoc Clem. final. de iudic. nam questio nuda possessionis est questio facti, & non juris, unde non tangit substantiam feudi, sed quamdam superficialiam; & materiam possessionem, quæ non tangit jus Domini, ut inquit Bald. hic d. n. 2. in 3. opposit. vers. Ex quo nota talem conclusionem. Item causa feudi est in rem; causa possessionis est in personam, ut idem ait ante num. 1. Facit textus in l. Naturaliter, §. Nihil commune, ff. de acquir. possess. Curt. Jun. in tract. de feud. part. 7. num. 23. quæst. 6. ubi asserit hanc esse communem opinionem, & alii apud Carolum de Grassen de eff. Cleric. eff. 1. numer. 732.

Pro concordia sic potest distingui; nam ut ratione possessionis propter dominium, vel injuriam illatam in sua possessione vassallus agit ad injuriam, vel ad penam, vel ad interesse simpliciter, vel pro possessione, quæ est spoliatus, vult agere criminaliter; ex tunc cognoscit iudex Ordinarius, & non feudi, quia hic non vertitur questio feudi. Aut agitur possessorio, cuius victoria adminiculetur proprietati, vel uti si peto mihi possessionem ablatam restituere, vel si peto te privari jure, quia propria autoritate occupasti rem à me possessam, vel si ago interdictio uti possideat, potest pronuncia-

PROSPERI  
FAGNANI  
IUS CANONICUM  
IN SECUNDUM LIBRUM  
DECRETALIUM  
CUM DISCRETIONE DE CAUSIS



COLONIE ALBOROCUM  
SIMPUBUS FRATRUM DE TOURNES  
M. DCC. LIX



PROSPERI  
FAGNANI  
COMMENTARIA  
In Secundum Librum.  
DECRETALIUM.

DE JUDICIIS.

*Ex Sinodo Eugenii Papa.*

CAPUT II.

**D**ecernimus, ut laici Ecclesiastica tractare negotia non praesumant. Sed Episcopi, Abbates, Archiepiscopi, & alii Ecclesiarum Praelati de negotiis Ecclesiasticis (maximè de illis quae spiritualia esse noscuntur) laicorum iudicio non disponant: Nec propter eorum prohibitionem, Ecclesiasticam dimittant iustitiam exercere.

<sup>1</sup> Decernimus. Laici negotia Ecclesie tractare non possunt. Bald. vel non debent, Butr. & Cardin. vel magis perfecte secundum Arelinum; laicus non intromittat se in negotiis Ecclesiasticis, nec ejus iudicio, nec praeecepto debent Judices Ecclesiastici iustitiam ministrare. Hoc dicitur & sunt tres partes. Secunda ibi, Sed Episcopi. Tertia ibi, Nec propter. Pro intelligencia hujus textus vide quod scripsi in c. Cum contingit, num. 29. de arbit.

DE JUDICIIS

*Alexander III.*

CAPUT V.

**C**eterum quia in eos, quos ab Ecclesia tua constat possessiones tenere in feudum, occasione ipsarum, excommunicationis seu interdicti sententia promulgatur. Nos id districtius inhibemus. Quamdiu Parati fuerint super his in tua praesentia iustitiam exhibere.

Fagnan. in 114 Lib. Decretal.

verum non est illam alternativam, vel, hic poni inter genus, & speciem: nam dictio, Rex, specialis est, non autem genus, sed rectè Dec. pro genere intellexit sacularem personam, & pro specie Regem; ex alio tamen capite Dec. non videtur bene loqui, quia quando alternativa ponitur inter genus, & speciem, stat restrictive, & exponitur pro, id est, ut l. Ubi pactum, & ibi gloss. 2. & Bart. C. de transact.

ut ibi dixi num. 5. & 6. post Joan. Andr. num. 3. & Abbatem num. 7. & tangam infra num. 91. Sexto nota in eodem verb. homicidio, iuncto verbo, de-ponendus est. Clericum irregularem etiam ex homicidio voluntario non esse depositum ipso iure, sed deponendum nec pro tali crimine esse actualiter degradandum, nisi sit incorrigibilis, ut hic patet aperte secundum Anton. de Butr. num. 15. Imol. num. 5.

neceffe, ut convocatur ordine iudicario servato, cum in notorio talis probatio non requiratur, cap. Ad nostram. il terro, infra de iurejur. cap. Manifesta, & cap. De manifesta. 2. 2. 1. alioquin non constaret de incorrigibilitate, & iudex laicus eum comprehenderet, & Clericus negaret se esse incorrigibilem, de huiusmodi articulo esset incorrigibilis, prius cognoscendum esse per Judicem Ecclesiasticum, arg. c. Si iudex laicus, de sen. excom. lib. 6.

Ultimo nota ex hoc textu, & memorie commenda proficiuntur. Utimo nota ex hoc textu, & memorie commenda proficiuntur cam procedendi contra Clericum criminosum. Servandi sunt enim quatuor gradus, ut hic per Host. num. 5. & 9. in verb. Potestatem, Joan. Andr. ad num. 6. ad 9. Bald. nu. 2. Imol. nu. 3. & alios communitur. Consilio enim de delicto, si delictum est deponitio dignum, Clericus deponitur. Et hic est primus gradus poenae infligendae: & si se corrigat, quia non iterat, non continuat delicta, & deponitio nem servat, & poenam, & penitentiam injunctam adimpletam non proceditur ulterius: sed si sit incorrigibilis praedicta non servando, & similia, vel deteriora crimina perpetrando, excommunicatur: & hic est secundus gradus. Crescens vero contumacia anathematizatur: & hic est tertius gradus. Demum si non resipuerit, quin potius in profundum malorum deveniat, nec sit perditio plurimorum, scilicet per suum ludo exemplum, vel etiam plurimos damnificando, multando, vel occidendo: Tunc demum cum Ecclesia non habeat ultra quid faciat, non ex defectu poenarum, vel poenitentiam, sed quia propter illius poenitentiam de facto non potest eum comprimere, & coercere, relinquitur eum comprimendum per sacularem potestatem: qui est quartus gradus poenae infligendae, & est simile in cap. Dicitur 81. distinet. cap. Clericus 3. q. 4. cap. Si quis Sacerdotum 11. q. 1. c. At si Clerici supra eod.

Quarto nota ibi, si in facto, &c. textum expressum, quod pro furto, homicidio, vel perjurio potest deponi; Abb. Antiq. hic in verb. Perjurio, qui licet loquatur de degradatione, tamen intelligi debet de degradatione verbalis, juxta text. in dist. cap. Degradatio in princip. de pan. lib. 6. & concordant hic Hostiensis. num. 1. Joan. Andr. num. 3. Butr. eod. num. Abb. Siculis in 4. notab. & alii communitur.

Quinto nota ibi, vel homicidio: Clericum depositum etiam pro crimine irregularitatem inducente, quale est homicidium, non perdere ipso iure privilegium fori, sed adhuc remanere sub jurisdictione Ecclesiae, cap. sacerdos cum multis sqq. 81. dist. Butr. hic num. 13. Imol. num. 4. vers. Item nota quod licet Abb. in 5. notab. & alii communitur; secus est si fuerit actualiter degradatus, quia ipso facto nudatus est omni privilegio Ecclesiastico, ut in d. cap. Degradatio de pan. lib. 6. Joan. Andr. hic num. 10. Abb. ubi supra, neque hoc casu requiritur traditio curiae saeculari: & est communis opinio, ut hic testatur Alciat. num. 108. prout illum refert Villalob. in sua Collect. comm. opinion. littera C. n. 71. & Jul. Clar. in pract. crimin. §. fin. qu. 3. vers. Scias autem: nam traditio intelligitur fieri in actu ipsius degradationis, juxta formam cap. Novimus in fin. de verb. signific. & sic non requiritur traditio manualis, sed bene requiritur verbalis,

Nono nota ibi, postmodum vero si in profundum malorum, &c. Clericum depositum, etiam si sit incorrigibilis, secundum unum intellectum non esse sub poenitentia saeculari, nec perdere privilegium Clericale ante actuale traditionem, gloss. ultim. hic, Hostiensis. num. 8. Butr. num. 7. & 17. idque securus esse dicit Henric. Boich. num. 8. vers. Sed securus. Sed secundum alium intellectum Clericum quando est depositus, & incorrigibilis sine alia degradatione, & traditione statim efficitur de foro saeculari: & ita hic est casus singularis secundum Cardinalem num. 2. vers. Item ibi comprimendus. Intellige secundum intellectum, quem sequitur Joan. Andr. num. 10. & 11. rationem reddit ad fortiori, quia si abique deponitione Clericus tertio monitus ingrederis se enormitatibus perdit privilegium Clericale, ut cap. Contingit, in 2. q. 2. cap. In audientia, & cap. Perpendimus de sentent. excommunicat. multo magis perdet jam depositus, qui tertio monitus poenae se non correxit. Neque hic dicitur quod tradatur saeculari potestati, sed quod saecularis potestas eum comprimat. Hoc tamen intelligunt Cardin. num. 6. vers. Hoc tamen, Imol. eodem num. vers. Et secundum hoc: quando de incorrigibilitate notorie constat, ut quia incidit armatus, & spernit monitiones Episcopi: tunc etiam non est

corrigibilem cum non vult poenitere, nec potest capi per Judicem Ecclesiasticum, & tunc esse coarctandum per Judicem saecularem, cum Ecclesia non habet ultra quid faciat. Et hoc intellectu notabiliter colligit Clericum depositum, & incorrigibilem quamdiu, ut vulgo dicitur, est in foris Curiae Ecclesiasticae, nullatenus esse tradendum Curiae saeculari, cum Ecclesia possit eum punire poenis Canonice, de quibus supra. Quod singulariter nota, quia multi in hoc decipiuntur.

Ceterum adverte, quia haec procedendi forma locum habet quando poena incipit a crimine, seu quando proceditur propter crimen: Tunc enim Clericus criminosus pimo deponitur, secundo excommunicatur, tertio anathematizatur, & quarto loco per Curiam saecularem comprimitur, ut dictum est. Secus vero si poena incipiat a contumacia, quia tunc procedendum est ordine inverso: nam primo, Clericus contumax suspenditur, secundo excommunicatur, tertio deponitur, quarto & ultimo traditur Curiae saeculari. Et hunc ordinem respiciunt iura pro, & contra 11. allegata, videlicet cap. Fortè 23. qu. 4. cap. Quorundam 21. dist. c. Honoratus 74. distinet. cap. Quoniam, §. fin. infra de lit. non contestat. Et hic declarat gloss. ultim. Innocent. num. 1. Hostiensis. num. 9. vers. Et hoc verum est quando poena incipit a crimine, & num. 11. vers. Ubi verbum incipit a contumacia, Bald. num. 2. Henric. Boich. in fine, vers. Si poena incipit a contumacia, Butr. num. 33. & reliqui omnes.

Expedit notabilibus, venio ad celebrem questionem: An Clericus non servatis gradibus poenae hic praescriptis statim sit degradandus, & tradendus Curiae saeculari quando commisit crimen aliquod atrocissimum, puta homicidium cum proditione, vel parricidio, vel homicidium cum latrocinio seu spoliatione vel homicidium cum sacrilegio, ut in eo, qui occidit Presbiterum, vel personam sacram, vel aliud simile, propter quod de jure civili laico esset imponenta aliqua poena ex atrocissimis, verbi gratia poena ignis, poena discerpionis, quae infligitur, cum reus secatur in plura frusta, & poena traditionis ad bestias, vel alia; de quibus in l. Poena parricidii, ff. ad leg. Pompe. de Parricid. in l. Sacrilegii, ff. ad leg. Jul. Peculia & in l. Capitalium per totam, ff. de pan. & quid si Clericus commiserit plura homicidia, plures fallitates, vel plura latrocinia, ex quorum singulis esset deponitio dignus?

Petrus de Ancharano hic ad num. 10. vers. Et quia supra illa materia, usque ad num. 16. vers. Tertio opponitur, & 37 in repetitione cap. Ea qua sub. num. 22. vers. Decimo vero quarto, de reg. jur. lib. 6. & in conf. 158. ex narrati in facto ad num. 5. in publica disputatione, quam habuit Bononiz, & Abb. Siculus, qui tunc erat illius Scholaris Reputata disputatione in cap. At si Clerici ad num. 39. usque in fin. supra eodem; concluderunt hunc text. qui pro homicidio, vel furto imponit tantum poenam deponitionis, non autem degradationis, & traditionis Curiae saeculari, debere intelligi & restringi ad homicidium, vel furtum non qualificatum, quod non transeat in aliam speciem criminis graviores. Item debere intelligi de uno homicidio, vel fallitate, vel furto, non autem de pluribus diu frequentatis, quorum unum quodque esset dignum deponitione. His enim casibus putarunt non vendicare sibi locum hoc cap. Nec enim minus theoreticas DD. Sed tales statim esse per Episcopum degradandos, & tradendos Curiae saeculari, ut luan pernam ultimi supplicii. Et hanc opinionem Ancharani, & Abbatis postea probarunt Joan. de Anan. in c. 1. n. 5. post med. vers. Sed in foro contentioso etiam secundum Canonem infra de via





si de mandato eorumdem Prælatorum, quia tunc non sua, sed illorum auctoritate id facere videntur. Pondera illa verba, graviter accedentes, iunctis verbis, prioribus sceleribus, quæ ostendunt hos Clericos graviter, seu magna locolea commisisse, & sic homicidia, vel furta, & similia, de quibus loquitur hoc cap. & d. cap. Tua, de panis. Item pondera verba, prioribus se sceleribus sceleribus immiscentes, necnon illa, ad prepa, quæ demonstrant eos deinde iterata, & graviora scelerata commisisse: Et nihilominus à suis iudicibus Ecclesiasticis sunt comprimentis, vel per se ipsos, vel si necesse fuerit, invocato brachi seculari auxilio. Ergo est ibi casus expressus, quod pro magna sceleribus iteratis, & pro homicidio qualificato, vel nerato Clericus non traditur Curie seculari non data incorrigibilitate. Ex quibus puto hanc opinionem verissimam, & non esse tutam ab ea recedere in iudicando, vel consulendo.

104 Porro in hac opinione contrarietate alii considerantes etiam cessante incorrigibilitate à Clerico peccatori posse talia flagitia; quæ non valeant condignè puniri sola depositio- ne, vel destructione in Monasterium, cuius loco successit transmissio ad tritremes, nunc verò in ergastulum exilium hanc relinquendum esse arbitrio iudicis Ecclesiastici, qui juxta qualitatem facti, & personarum decernat, an deliquens sit degradandus, & Curie seculari tradendus, necne: Inter quos Covarr. præf. quæst. lib. 2. quæst. 10. nam 7. ubi ait: Nec tamen inficior posse contingere homicidium, aliudve crimen ita perniciosum Republicæ ipsius loci, temporis, & personarum qualitatis, quod arbitrio discretorum iudicum hanc traditionem iustissime patiantur. Et ex illo idem repetunt Plaza in Epitom. delict. lib. 1. cap. 21. num. 13. vers. Nec me latet, Didac. Perez tom. 3. comm. in ordin. regal. Castell. lib. 8. tit. 4. l. 3. sub. vers. Utrum autem degradatus, Clar. in §. fin. dist. quæst. 36. vers. Pariter etiam ubi postquam dixit opinionem Ancharani, & Abbatis servari in practica, ut scilicet propter homicidium proditorium, vel aliud enorme, & gravissimum delictum Clericus degradatus tradatur Curie seculari non expectata incorrigibilitate, seque etiam vidisse aliquando ita observari: concludit in huiusmodi casibus enormibus hoc relinquendum esse arbitrio ipsius iudicis Ecclesiastici degradantis, qui secundum qualitatem facti, & personarum decernat, an sit tradendus Curie seculari, vel non; subdit tamen in dubio non esse faciendam traditionem Clerici delinquentis, qui non est incorrigibilis, nisi natura rei, & circumstantiis criminis aliud iudicent: &

idem dicunt Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 21. num. 66. vers. Alii tamen sunt, & 67. Farinac. quæst. 8. num. 81. & alii recentiores. Addunt nonnulli huiusmodi arbitrium non altere explicandum esse, quam consulto prius Summo Pontifice, secundum ea, quæ tradit Episcopus Scardensis in tract. de censur. & irregularitat. tit. 6. per. 1. & Farinac. d. quæst. 8. num. 81. circa fin. ibi, & tamen semper Pontifice consulto, qui propter res. 143. num. 1. in fin. vol. 2. respondit, Presbiterum, qui occidit Præpositum Ville Cerenaschi, & bonis expoliavit, de jure postuisset tradi Curie seculari, saltem Papa consulto; de hoc similiter tatus esse dicit Martini del. Rio d. quæst. magis. lib. 5. sect. 16. sub. vers. Si queratur.

Sed quidquid dicant illi, cum iura in hoc articulo sint clara, non relinquatur locus arbitrio iudicis, c. de Causis supra de offi. del. g. & idem tenendum quod primo dixi. Et ita die 16. Novembris 1650. In Congregatione à Sanctissimo specialiter deputata actum fuit de causa cujusdam Martii Capponei Siculi tolemissiter professi in Religione Fratrum Capucinorum Sancti Francisci, qui in eadem commiserat furtum excedens summam scutorum centum, & loco tritremium, ad quas damnatus fuerat, septennium manserat in carcere; ac deinde ad sacerdotium promotus, habitu religionis temerè dimisso, apostatavit, & per annum extra Religionem vagatus in habitu Clericali tandem Romæ anno Jubilæi patravit decem magna furta in Palatii diversorum Magnatum cum portarum, & leoniorum fractura, quorum ultimum deprehensus, & carceribus mancipatus omnia sigillatim confessus fuit; & cum dubitaretur, an propterea esset degradandus, & tradendus Curie seculari, ut lueret poenam ultimi supplicii, articulo de mandato Sanctissimi accuratè discusso, resolutum fuit contra opinionem Ancharani, & Abbatis non esse locum huic poenæ degradationis, nec traditionis Curie seculari, sed tantum destructioni in perpetuum carcerem, vel ad tritremes. Quam Congregationis sententiam Sanctitas Sua ad se relata approbavit. Et ita prædictus reus in effectu ad tritremes in perpetuum fuit transmissus, &c.



DE JUDICIIS.

Innocentius III. Sancti Sergii, & Sancti Georgii Abbatibus.

CAPUT XII.

Cum venissent: & infrà. Cum super privilegio Sedis Apostolicæ causa vertatur; Nolumus de ipsis per alios iudicari.

SUMMARIUM.

- 1 Concilii Tridentini decreta, an & quibus liceat interpretari, & num. 9. usque in finem.
- 2 Interpretationum quatuor sunt species, Principis, Consuetudinis, Iudicis, & Magistrorum; & in quibus differant, ibid. & num. seqq.
- 3 Interpretatio, quam Principis facit non ut Legislator, sed ut Magister, probabilis est, non necessaria.
- 4 Interpretatio translative qua fit.
- 5 Interpretatio argumentalis & extrinseca, propriè non interpretatio legis.
- 6 Interpretatio impropria quatuorplex fit.
- 7 Interpretatio quid sit.
- 8 Verba legis cum exponitur, legem non interpretatur, sed declarantur.
- 9 Interpretatio alia est litteralis, alia qua in obscuritate sensus, seu dubietate verborum consistit.
- 10 Bulla Pii IV. circa prohibitionem interpretationis Concilii Tridentini referatur.
- 11 Bulla Pii IV. prohibens Tridentini Concilii interpretationem, de qua interpretationis species fit intelligenda.
- 12 Concilii Tridentini Canonis, & Decreta nemo potest per modum legis universalis interpretari, nisi solus Papa, & num. seqq.
- 13 Canonis & Leges interpretari si potest tantum, qui potest vaudere.
- 14 Declaratio dubiorum emergentium ex decretis generalium Conciliorum à Sede Apostolica petenda est. Cognitione qua tendit ad destructionem, vel confirmationem actus, debet ab eo procedere, qui potest actum celebrare, ibid. vers. Quæ conclusio.
- 15 Papa potest Concilium Tridentinum interpretari tam per se ipsum, quam per eos, quibus id manus specialiter demandaverit.
- 16 Legatus non modo suam constitutionem, sed etiam rescriptum Papæ potest interpretari.
- 17 Interpretatio Papæ, vel habentis auctoritatem ab ipso habet.

De iudiciis, c.

Cum venissent.

habet vim generalis Constitutionis, etiam si in aliquo speciali casu, ad satisfactionem alicujus edita fuerit.

- 17 Congregationis Concilii declarationes sigillis, & subscriptione munita, etiam si edita fuerint in aliquo speciali casu, faciunt jus quoad omnes, perinde ac si à Papa edita fuissent.
- 18 Congregatio Episcoporum, & Regularium non habet jus Tridentini Concilii decreta interpretandi, & num. seqq.
- 19 Jurisdictio Papæ reservata non comprehenditur in concessione jurisdictiois quantumcumque generalis, ibidem.
- 20 Interpretandi potestatis coleret persona, & in aliam non transit.
- 21 Legatus de Latere Tridentini Concilii decreta interpretari non potest absque speciali facultate.
- 22 Episcopi in suis decretis, & Constitutionibus, & Iudicis in suis sententiis, & interlationibus interpretari non possunt decreta Concilii Tridentini, & num. seqq. usque ad num. 52.
- 23 Iudicibus, an & quomodo liceat iura interpretari, & num. seqq. usque ad num. 25. & num. 38. usque ad num. 44.
- 24 Episcopi prohibentur generalium Conciliorum dubia interpretari.
- 25 Intellectus l. fin. C. de legib. l. 2. §. Si quid verò, C. de veter. jur. caud. & l. Non possunt, ff. de legib.
- 26 Bulla Pii IV. dam prohibet ne quis audeat statueri super decretis Concilii Tridentini, intelligitur de statutis declaratoriis, & num. seqq.
- 27 Episcopi tanquam executoribus Concilii Tridentini in sua Diocesi licet pro huiusmodi executione dicta proponere.
- 28 Reges officere debent, ut custodiantur leges, & præcepta Dei.
- 29 Prætextus, seu color quid sit.
- 30 Verbum, statueri, necessitatem inducit, & in materia declaratoria non importat, nisi interpretationem auctoritatis.
- 31 Congregatio Concilii à Pio IV. ad Concilium Tridentinum non interpretandam, sed exequendam assumpta, hæsitavit an ab initio et licuisset Concilium interpretari.
- 32 Rota Romana decisiones sunt Magistrales, & probabiles tantum, licet magnum habeant pondus auctoritatis.
- 33 Rota Romana decisiones prevalant communi opinioni.
- 34 Item faciunt jus in Curia ad instar sibi, saltem si secundum eas fuerit factus iudicatum.
- 35 Rota Romana in suis decisionibus non licet Tridentini Concilii decreta interpretari absque speciali facultate, & num. seqq.
- 36 Signatura Justitiæ eam in genere, & consuevit petitur commissio causæ, debet in commissione addere clausulam, dummodo non agatur de interpretatione Decretorum Concilii Tridentini.
- 37 Index delegatus in causa sibi commissæ fungitur vice Papæ, & est major Ordinarius.
- 38 Episcopi si in suis Diocesis, & Iudicibus in causis pendentibus licet Concilium Tridentinum interpretari, quæ incommoda sequerentur.
- 39 Iudicium oportet legum, & Canonum sensus, & mentem servari, etiam post hæbita verborum proprietate, quod sine interpretatione fieri non potest.
- 40 Index super panis tantum, quæ iuristica sententia decidi non possunt, debet Principem consulere.
- 41 Declaratur, num. 51.
- 42 Interpretationis prohibitio non afficit, ubi copia Principis haberi non potest.
- 43 Iudices super dubiis litterarum Apostolicarum nullatenus possunt iudicare, seu pronuntiare, sed tantum cognoscere incidenter.
- 44 Index de dubio arduo, & inexplicabili super litteris Apostolicis etiam incidenter cognoscere non potest, sed debet Papam consulere.
- 45 Interpretatio dubiorum super litteris Apostolicis emergentibus diffinitè petenda est à Papa si sit præsens in loco.
- 46 Index cum incidit dubium concernens interpretationem Concilii Tridentini, quomodo se gerere debent in cognitione, & expeditione causæ.
- 47 Interpretationi locus non est, ubi verba sunt clara.
- 48 Index cum directis, & principaliter vertitur dubium super intellectu alicujus decreti Concilii Tridentini, omnino abstinere debet ab interpretatione.
- 49 Index etiam incidenter de dubiis super decretis Concilii Tridentini cognoscere non potest, si commode potest aditus ad Congregationem.

- 48 Iudices, qui ob locorum distantiam, vel aliud legitimum impedimentum nequeant ad Congregationem Concilii recurrere, possunt, si periculum sit in mora, de dubiis non arduis decretorum Concilii incidenter cognoscere, & super negotio principali pronuntiare.
- 49 Impedimentum iustitia publica honestatis, quod oritur ex matrimonio contra formam Concilii contracto per verba de præsentibus, & non consummato, non suit à Concilio sublatum, & durat usque ad quartum gradum.
- 50 Episcopi & Iudices, etiam si difficilis sit recessus ad Sedem Apostolicam, dubium arduum, & difficile super decretis Concilii Tridentini etiam incidenter decidere non debent.
- 51 Index in dubiis decidendis quem ordinem servare teneatur.
- 52 Doctores, & Magistri prohibentur glossas, commentarios, adnotationes, & scholia super decretis Concilii Tridentini typis mandare, atque impressa edere, & num. seqq. usque ad num. 63.
- 53 Bulla Pii V. prohibens ne quis edat ullum genus interpretationis super decretis Concilii Tridentini, includit etiam interpretationem probabilem, & num. seqq.
- 54 Iudices seculares minime possunt leges Canonicas, & Canonicas interpretari.
- 55 Verba universalis includunt etiam ea, quæ aliis in dispositio- ne generali non includerentur.
- 56 Canonum statuta Principum Constitutionibus adiuvantur.
- 57 Jurisperitus, qui edidit glossam impressam Hispano idioma super Concilio Tridentino, declaratur excommunicatus à S. Congregatione.
- 58 Remissiones Angulani Barbosæ Indici librorum prohibitorum adjectæ ex sententia S. Congregationis Concilii.
- 59 Legum latores, serè omnes iurum legum interpretationem prohibuerunt.
- 60 Consuetudo contra Constitutionem Apostolicam habentem decretum irritans, & inficiens penam excommunicationis valide introduci non potest.
- 61 Septimi libri Decretalium compilatio sub Gregorio XIII. inchoata, & sub Clemente VIII. absolutæ, cur publicata non fuerit, & num. seqq.
- 62 Decretalium quot compilationes fuerint, & qui illarum glossatores.
- 63 Doctores, & Magistri non licet glossas, commentarios, adnotationes, aut scholia super Decreto Concilii Tridentini manuscripta evulgare & num. seqq.
- 64 Declaratur, num. 71. & 76.
- 65 Verbum, edere, quid importet propriè.
- 66 Typographi usi quo tempore incipit.
- 67 Librorum impressio & evulgatio etiam in materia penali pari passu amulant.
- 68 Communis usus loquendi prevalet verborum proprietati.
- 69 Declaratur.
- 70 Statutum imponens poenam pro homicidio quocumque parato, an comprehendat etiam homicidium casuale, & sine dolo.
- 71 Dispositio, quocumque modo, extendit dispoitionem etiam ad imperia & alia non comprehensa in dispositione generali.
- 72 Opera etiam manuscripta consueverunt allegari, licet minus frequenter, quam impressa & cur & num. seqq.
- 73 Vincentius profundissima scientia pater dicitur à Joanne Andrea.
- 74 Doctores antiqui mittebant sibi invicem libros manuscriptorum propter illorum penuriam.
- 75 Patrons fualis reliquia satis iuxta ad sustinendum dispoitionem.
- 76 Doctores, qui glossas & commentarios manuscriptos super decretis Concilii Tridentini non evulgant, sed ad usum suum sibi reservant, non incidunt in penam Constitutionis Pii IV.
- 77 Glossa Cardinalis Antonii Carisi & Episcopi Thorni super decretis Concilii Tridentini.
- 78 Congregationis Concilii Ministri, an includuntur in Bulla Pii IV. de non interpretandis decretis Concilii Tridentini.
- 79 Ratio expressa per gerendum censetur finalis.
- 80 Doctores & Advocati, qui aliquod Tridentini Concilii decretum incidenter interpretantur, eamque interpretationem scripserint, aut impressam edant, excusantur à tenoribus Bullæ Pii IV.
- 81 Verba quocumque modo, includunt omnem modum tam principalem, & directum, quam incidentem.
- 82 Novari consilia multa contra declarationem Sacre Congregationis Concilii.
- 83 Bulla Pii IV. acceptat interpretationem ex communi observantia, ut non comprehendat ditiones interpretatorum, quæ faciunt obiter Magistri, & Doctores super aliquo decreto Concilii Tridentini.